



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

Tit. 32. De novi operis nuntiatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

cate & unice Seminario beneficia simplicia pri-
mò vacatura, velit unice ea, quæ ex decreto non
comprehenduntur; cūjumodi sunt vacatura
per resignationem, non quidem simplicem, sed
conditionalem, in favorem scilicet tertii, & non
aliter, vel sub reservatione penitentis, aut simili,
velque sunt suæ collationis, quod non potest,
ex declarat. Card. Prout nec potest facere unio-
nem Ecclesiæ curatae cum alijs ea item curata,
nisi forte propter pauperatem ut inde sufficiens
competentia uni assignetur, Conc Trid. Sess. 21.
c. & Conc Provinciale Mechlin. 1607 aSede
Apol. confirmatum ut neque regularia curata
aut diversarum diocesorum Conc. Trid Sess 14.
c. & Derefomat. & Sess. 24. cap. 13. §. in unioni-
bus Similiter licet idem Conc. Sess. 24. cap. 15.
permittat Episcopo unire præbendas Cathedra-
lis tenuibus alia beneficia, tamen ex quo lo-
quuntur tantum de præbendis, non extendit se
concessio illa ad fabricam, Sacristiam, Capella-
rias, aut mensum Capitularem, licet tenuem,
quia aliud est Capitulum, aliud singuli de Ca-
pitulo. Ethinc sit, quod debita mensa Capitu-
lari cedant iis, qui tempore solutionis sunt de
Capitulo, etiam de novo admissi, licet debita
jim antecessint, quia solutio sit Capitulo,
quod semper est id m. arg l. Proponebatur D. De
judei, non verò singulis de Capitulo, prout
docte Gonz ad Reg. viii Cancell Glossa 37 n 25.
ex Calderino Consil. 21. De præbendis Si inquam,
ejusmodi beneficia unire Seminario, aut alicui
alteri sive beneficio sive officio, Episcopus vo-
loret, dicteret excedere limites suæ potestatis ad
veniendum.

4. Excedit & Abbas, non Episcopus, si is co-
gnoscatur de causa matrimoniali, aut publicas
penitentias injungat, vel indulgentias conce-
dat, quod de jure communis solis Episcopis per-
mititur; c. Accidentibus 12. h. t.

Interdum etiam excedunt Prælati in col-
latione beneficiorum: veluti, si aliquid suo u-
sui reseruent, vel sibi ea conferant, c. Ad nures
3. & c. Illud 6. h. t. vel si conferant indigno, aut
alio, primâ collatione nondum improbatum:
quo casu confessus pro ea vice potestate confe-
rendi priyanus est, c. Inter dilector 11. h. t.

5. Contra subditus in superiorum excedere
dicitur: si non sit continens, c. Clerici 4. h. t. si
Ecclesiastam suam, vel sibi subjectam, citra con-

sensum Episcopi subjecerit sive unierit alteri,
non obstante astensu vel confirmatione Metro-
politani, d. c. Sicut unire 8. h. t. si de crimen pub-
licè glorietur, c. Quam sit gravis 9. h. t. si homici-
dio auctoritatem consilium ve directè vel indi-
rectè præstiterit, c. Ex listeriis 10. h. t. si cum infor-
mator esset Episcopo, publicas penitentias injur-
erit, aut indulgentias concesserit: aut alias dig-
nitatem vel officium usurparit superioris, d. c.
Illud 6. h. t. Si Ecclesiasticam læserit potestatem,
interdicti sententiam violando, c. Tanta est 18. h.
t. Si contra fidem homagii præstiti negaverit
Prælatum esse suum Dominum, vel de eo co-
ram Judice seculari conquestrus fuerit, aut eum
dem invaserit, c. Gravem 15. h. t.

TITULUS XXXII.

De novi operis nuntiatio-
ne,

1. Nuntiare opus novum quid sit.
2. Quare introducta sit nuntiatio novi operis.
3. 4. Forma ejusdem & effectus.

TAM Prælati quam subditi etiam aliquan-
do excedunt in ædificando seu novo ope-
re construendo, etiā si in piis rebus versentur, ut
in ædificandis Ecclesiis & aliis piis locis, in præ-
judicium vicinorum, vel altarum Ecclesiastum,
aut piorum locorum. Quia verò hic excessus per
novi operis nuntiationem coercetur, ideo his
Tit. inscribitur *De novi operis nuntiatione.*

1. Opus novum facere videtur, qui aut ædi-
ficando, aut detrahendo aliquid, pristinam fa-
ciem operis mutat. l. 1. §. opus novum II. D. eod.
tit. Nuntiare hoc loco sumitut pro prohibere;
& ideo nuntiat opus novum, qui denuntiat vi-
cino, ne de novo ædificet. Nuntiatio verò novi
operis est solemnis prohibitio vicino facta, ne
in opero novo ædificando perget, donec de jure
ædificationis constituerit, aut præsita sit eo no-
mine satiatio.

Dixi, in opere novo ædificando; quia novi
operis nuntiatio solum competit adversus ope-
ra, quæ nondum facta sunt, ne fiant, non autem

R. 11

ad

adversus ea, quæ jam ante nuntiationem facta sunt; nam eo casu recurrentum ad interdictum quod vi vel clam, vel aliud simile.

2. Fit autem nuntiatio novi operis vel ad conservandum jus nostrum, vel ad avertendum damnum, quod nobis infertur, vel ad publicum jus servandum, l. 1. §. nunc videamus, juncto §. nuntiatio D. eod. Potestque fieri à quocumque, cuius intercessit nuntiata, proprio vel alieno nomine, & cuncte existenti in opere novo exstruendo, sive is sit servus, sive liber, sive dominus, sive faber, sive major, sive minor, sive masculus, sive feminus; nam sufficit sic fieri, ut dominio possit renuntiari.

3. Quod ad formam attinet, tribus modis nuntiatur novum opus, vel simpliciter verbo, vel auctoritate magistratus seu Praetoris per publican personam, vel denique per factum lapilli in ipsum opus, l. De pupilli 5. §. 10. D. eod. Et different hi modi, quod in verbali nuntiatione possessor amittat possessionem, non autem qui nuntiat per Praetorem vel factum lapilli.

4. Effectus hujus nuntiationis utroque Jarre est, quod, postquam nuntiatum est, aedificans desistere debet à corpore opere: alioqui si spretā nuntiatione porrò pergar, quidquid potest aedificatum fuerit, sive jure sive injuria, expensis ipsius aedificantis destrui jubetur, e. 1. & 2. b. t. d. l. D. eod. tum quia nuntiatio ista est quædam appellatio extrajudicialis, quæ pendente nihil attentandum est; tum quia facta nuntiatione, is, cui facta est, juris non facti via se tueri debet, id est Judicem adire & se illius jurisdictioni subjecere; ideoque si non adierit, ob contemptum judicis opus factum demoliri cogitur. Quod verum est, nisi notoriè constituit nuntiante non competuisse ullum jus nuntiandi, aut periculum fuerit, aut nuntiatio (quæ debet fieri in re praesenti, id est eo loci, ubi novum opus sit) facta sit separatim ab opere, id est alio loco, quam ubi opus sit: nam his casibus impunè spelei potest. Videatur plenius Gaill. I. Obser. 16.

Netamen per ejusmodi nuntiationum opus aliquod temere diutius impediatur, statutum est, ut novum opus nuntians intra tres menses probet opus incepsum injuria construi, d. c. i. & ult. b. t. Quibus peractis seu lapsis, aedificanti, oblata satisfactione de opere suis sumptibus

demoliendo, in casum, quo injustè aedificatum pronuntietur, permittitur in opere corpore pergere, d. c. u. & l. unica Cod. eod.

TITULUS XXXIII.

De Privilegiis & excessibus privilegiatorum.

§. I.

De Privilegiis.

1. *Privilegium quid & quomodo à Beneficio ag Legibus distinguatur.*
2. 3. *Privilegia non extendenda extra personam, locum aut rem.*
4. *Privilegia quibus modis amittantur.*
5. *Ad privilegii substantiam non est necessaria scriptura.*

1. **T**raetatur hoc Tit. de Privilegiis in ordine ad delicta & excessus privilegiatorum, vel potius de utrisque simul ex proposto: nam ut privilegia Clericis ac Religiosis concessa temere violati non debent, ita neque delicta comitancie impunita, qui privilegiorum limites excedunt, si que abutuntur.

Dicuntur autem Privilegia, quasi privatae leges, can. 3. *Diffinit. 3.* quia scilicet alieni particulari personæ aut communitatæ seu corpori, vel loco, speciale ac singulare jus concedunt, ut colligintur d. can. 3. e. *Abbate inf. De verb. signif. & alio.* Addit communis sententia, contrajus; ut distinguat Privilegium à Beneficio Principis, quod speciale jus concedit secundum aut præter jus, non autem contra jus, Batt. int. 1. *De iuria & facti ignor. & in l. fin. Cod. Si contra jus.* &c. latè lason. int. fin. n. 27. D. *De Constitut. Principum.* Verum non videtur necessaria additio ista, cum sacerdoti unum pro alio sumatur, aut sub alio continetur, tanquam species, uti privilegium sub beneficio, prout ostendit Suarez 8. *De Legibus* c. 1. n. 5. possitque privilegium etiam præter jus dati.

A ceteris autem legibus distinguitur privilegium, quod illæ jus commune statuant &

cod.